

tione : de Missa : de absolutione : de Orationibus pro mortuis : de Donationibus principum , & potestate politica Episcoporum : de ijs in ipsa singularum Articulorum ἀναλύσει accuratius videbimus.

146. Vela ergò iam contrahimus , & hunc totius disputationis huius cardinem constituimus , ut quotquot in orbe Christiano Religionis purioris amore ac desiderio tenentur , quotquot salutis cura tanguntur , eos universos tantà , quantà viriū omnium contentione fieri potest , moneamus , hortemur , obsecremus , ut Confessionem istam προτύπω διδασχῆς , & ὑποτυπώσει ὑγιαίνόντων λόγων , ex fontibus Israelis scaturientium habeant , agnoscant , magnifaciant , sequantur.

142. Hæc enim puriorem sacrarum literarum , quæ solæ sunt infallibilis & verè Lydius omnium doctrinarum lapis , sensum nobis aperit : hæc largitur nobis pacem , quæ in Imperio fruimur : tranquillitatem , qua potimur , & gaudemus : hæc deniq; eos nobis (inaudito planè exemplo) qui à Religione nostra erant prius alienissimi , ita adiunxit , adiunctos devinxit , devinctos obstrinxit , ut iam vel totius Imperij salus unice ferè in ea acquiescere ac recumbere videatur : imò recumberet tutissime , nisi malè feriata illa novellorum Monachorum societas , quæ sacratissimo nomine I E S V , ad fœdissima suæ sectæ inscriptio-